



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnium  
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

11 de Patronorum legitima tutela.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

conditionem domus, & soluere debita tam realia quam personalia & immobilia ei iure patris familias tueri & coleere. & in statu decenti conseruare. Et dummodo qui habet hanc gardiam, non transeant ad secunda vota: quo casu faciunt quidem perceptos fructus suos, sed de mobilibus reddunt minoribus rationem. Habet hoc ipsum ius gardiæ nobilis, Rex Gillia in Normania si quando minoribus filiis relictiis decedat aliquis nobilis, fructusque lucratur, & cedit eos cui vult vsq; ad tempus pubertatis: cum onere vt iuxta conditionem & qualitatem familiæ minoribus de omnibus prospiciatur, & rebus eorum. Subinde, si patroni seruorum manumissione cuiam eorum si impuberes sint abiecit non videntur, & subire illorum tutelam debent, §. 1. de legi. patro. tute. multo magis & parentes liberorū mino. um emancipatorum: saltem æquali ratione, quod patroni & parentes, & liberi & liberi emancipati fere eodem iure reguntur, tit. in P. & C. de obseq. a lib. & libert. parent. & patron. prest. aud. Alioquin illis interdicienda esset emancipatio, vt immanitatis exercenda instrumentum: præsertim, quia, vt ait Diocletian. & Maxim. abdicatio, quæ Gæco more ad alienandos liberos vsurpabatur, & antea sic dicebatur, Romanis legibus non comprobatur, l. abdicatio 6 de patr. por. lib. 8. C. tit. 47. Dion. Halicar. in 2. antiq. ¶ Et quæmadmodum antea dicitur, dici non possunt filii, sic neque ab ea paterna sollicitudine possunt eximi. In matre certe sublati præscripti prohibitione, quæ illam a tutela arcebat, l. 1. quando mul. tut. offic. fun. pas. lib. 5. C. tit. 35. l. iure nostro de test. tut. in P. l. fin. de tute. in P. adhuc firmatur paterna emancipantis tutela: nam mulieres filios non habent in potestate, §. siemina, de adop. l. nulla. de suis & h. u. hered. Et tamen ista si velint, tutrices filiorum esse possunt l. si. quan. mul. tut. offic. §. c. & aua quoque. Atque vnum illis sufficit, videlicet vt a secundis nuptiis abstinere, quibus interuenientibus finitur tutela. Et remissum sacramento illis, quod ante præstabant, renuntiantes nuptiis & Velleiano auct. sacramentum, & auct. matr. & aua. C. quand. vul. tut. of. §. c. ex his, de be. ed. ab int. vin. coll. 9. qui corriguntur in sacramento per §. propterea, ut vt sine p. obib. matr. debet. §. cred. §. c. coll. 7. cons. 4. in auct. Et dummodo etiam mater honeste vixerit. ¶ Nam ¶ in luxuriose viuentem statuta sunt eadem pœnæ, quæ in transeuntibus ad secundas nuptias, Bar. Bal. Ang. & Sa. y. in l. in his solis. C. de reuoc. don. Ant. Aret. in tit. de legi. patro. tute. in si. facit l. fin. C. quan. mul. off. §. c. ubi. natiuitiam suam in altam conseruat. §. c. & ideo priuatur tutela. ¶ Lex etiam ¶ Claudia feminarum legitimas tutelas sustinet, vt ait Vlpianus in ti. iur. tit. 11. Et hodie præferunt mater & aua si velint, & petant tutelam filiorum, legitimis aliis tutoribus omnibus & datiuis: non autem testamentariis, in auct. matr. & aua d. tit. quon. mul. §. c. neque patris si super sit pupillo, l. ubi. matr. que am. sis. viri. eod. ¶ Admittuntur ¶ tamē simul aua & aua & aua cum patre in tutela nepotis, vt notat Accurs. in d. auct. matr. in ver. matr. & in ver. testamentariis, in fin.

De Patronorum legitima tutela. Cap. 11.

Instit. lib. 1. tit. 37. l. 3. de legi. tut. 7.

- 1 Patronorum tutela liberorum ex lege 12. tab. per extensionem.
- 2 Liberti Orcini quos habeant iutores.

¶ Ex lege duodecim tabul. ¶ liberorum & libertarum tutela ad patronos libe. ofque eorum pertinet, videlicet nõ ex verbis legis, sed ex mente, per interpretationem verborum, in §. 1. de legi. patron. tute. l. 3. de legi. tut. in P. quæ ad agnatos deferrebant ab intestato successiõnem agnatorum, & consequenter curam eorum: vt idem intelligatur in patronis, ad quos ab intestato successio liberorum potest peruenire, §. 1. de successio. libero. ¶ Proinde ¶ qui ex senatuconsulto Rubriano peruenit ad libertatem, non habebit tutorem eum qui rogatus est: sed Orcinus libertus effectus pertinebit ad familiam testatoris. In qua specie, incipit tutela ad liberos patroni primos pertinere, quæ ad patronos non pertinet: quod quidem in c. in lib. lib. Orcinis locum habet, testamento manumissis, vt iisdem verbis scribit Vlp. in l. 3. de legi. tut. in P. Quid sit Orcinus libertus iam diximus in tit. de liberis.

De Fiduciaria tutela. Cap. 12.

Lib. 1. Instit. tit. 19.

- 1 Continuatio cap. Fiduciarii iutores qui, eod. §. 3.
- 2 Fiduciaria tutela & patronorum differentia.

3-4. Fiduciaria tutela quare dicitur.

5 Frater lege 12. tabul. non eras legitimus tutor fratri emancipato, quare hodie contra.

¶ Accedit tractatio ¶ de fiduciaria tutela, velut appèdix ad superiorum parentum præc. me explicatam, dum i. l. c. u. patris tutoris, qui emancipauit nepotes vel filios minores, & mortuus est ante ætatem legitimam eorum filii eius alii si virilis sexus superhnt, fiduciarii tutores filiorum suorum, nepotum videlicet a patre emancipatorū, vel fratris vel fororis, vel ceterorum efficiuntur: si modo perfectæ sint ætatis & illi, §. 1. & si. de fiduc. tute. explicat optime Theoph. cod. tit. lib. 1. Insti. iur. tit. 19. ¶ Quod non ¶ potest dici de tutela liberorum minorum, mortuo patrono, quæ pertinet ad filios patroni, vt ad legitimus, non vt ad fiduciarios. Et ratio diuersitatis est, ex eo quod liberus si seruus mansisset, eodem iure vtique remansisset apud liberos domini post mortem eius, id est, eiusdem status post mortem, ac in vita domini fuisset. At contrarium in filio, qui si in vita patris non fuisset emancipatus, tempore vitæ in eius potestate quid fuisset, at post mortem nequamquam, nec in fratrium potestatem recideret, neque ideo in tutelam, §. a qui. cum 2. seq. de fiduc. tut. Neque ius, quod ex emancipatione filii habet patens, ad alios filios, vel successores transfert. l. 1. §. liberos, si a pat. quæ fuer. manu. lib. 37. P. tit. 12. in manumissione autē serui diuersum est, quia transfertur ius in liberos, l. filii 9. de iur. patro. eod. lib. tit. 14. l. si operarum 29. de oper. libert. lib. 38. P. tit. 1. l. vni. §. fin. autem. de latim. libert. toll. ¶ Vlpianus, Qui liberum caput, qui in tit. 11. mancipatum sibi, vel a parente, vel a coemptore manumissit, per similitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur. ¶ Fiduciarii ¶ porro hic tutores dicuntur, habita ratione fiducia seu fidei contractus in emancipatione, seu pacto, quo diximus contractam fuisse fiduciam in parentum tutela. Alii referunt ad fidem, quam pater & lex habent fratri propter propinquitatem sanguinis, eum fratris minoris tutelam non repudiaturum. Vtque intentia probabilis est: cum fiducia, & fiducia: ius a fide habitadicitur, Tabolen. in l. Senus Satornius 4. ad Senat. Trib.

¶ Frater ¶ quidem iure antiquo erat tutor fratri legitimus, si ante mortem pater non emancipasset, quia agnatus proximus fratri minori, l. tutor. ad Senat. Trib. Velleia. l. fin. C. de legi. tut. ad dnm emancipabatur, non poterat talis esse, quia emancipatione capite minutus perdebat ius agnationis, l. tutela, de cap. diminut. nec ad emancipati intestati successiõnem sui vocabantur iure ciuili vel lege duodecim tabularum sed per prætorem per bonorum possessionem in vnde cognati, §. si. de legi. agnat. sui cess. cum similib. Non autē erat capitis minutio, cum morte patris quis sui iuris fiebat, l. si filius, §. si. ad Senat. Trib. Maced. & ideo tunc nõ definebat esse agnatus. Ceterum hodie cum cognationis & agnationis, vt ante dnm in legitima tutela differentia expuncta sunt, & fratres quoque emancipati suis succedant, & contra emancipatis sui ex lege postea introducta, l. meminimus C. de legi. hered. fratres dicimus quoque minorum fratrum emancipatorum viuente patre post mortem eius legitimus tutores, hoc est, auctoritate legum vocatos, retenta quoque ratione legis 12. tabul. vt quia ad ipsos successio deferenda est, & tutela quoque petueniat, l. quo tutel. de reg. iur.

De Datiuæ tutela, & de Attilianis, aliisque tutoribus. Cap. 13.

- 1 Tutor datiuus quando constituitur.
- 2 Datus nõ datur tutores quando testamentariis, vel legitimi sunt: & si datur illis non excusatis, periculum non ad datos, sed ad testamentarios vel legitimos tutela pertinet.
- 3 Tutela datiuæ non datur habenti alium tutorem.
- 4 Tutor non datur, tutorem habenti, nec curatorem habenti, curator.
- 5 Datus tutela decernitur, vel petitione procedente, vel officio indicis, quomodo.
- 6 Mater tenetur filio etiam naturalibus tutore petere, aliquem eis non succedat.
- 7 Tutores filio patronorum libertus cogitur petere.
- 8 Tutores qui possint, sed non coguntur, pupillis petere.
- 9 Tutores clarissimarum personarum, a quibus eligi & dari possunt.
- 10 Tutores interdum peti dari & curatores creditorum.
- 11 Tutores non habentibus & nerane petentis dantur interuallum a magistratibus.